



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio sexta. Vtrum charitas euacuetur in patria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

**Lib. III. Distinctio. XXXI.**

priuatione perfectionis simpliciter vel secundum gradum, si imperfectio non est de essentia credendi, nec alicuius alterius actus. Cuius ratio est, quia nulla priuatio potest esse de essentia alicuius potius, quia omne potius constitutur intrinsec & essentialiter ex solis potius, quam igitur actus credendi, & omnis alius actus sit aliquid possum, impossibile est qd imperfectio prout dicit priuationem sit intrinsec de essentia actus fidei, vel cuiuscunq; alterius: potest tamen esse conditio concomitans, quia minor perfectio deficit a majori perfectione: & si imperfectio concomitatur semper & inseparabiliter actu fidei, qui est praesens & totaliter a fide. Deficit enim a perfectione actus scientiae & visionis, quia actus visionis tendit in rebus actualiter secundum se praestante, actus vero scientiae tendit in obiectum praesentatum per medium certum & euides, de cuius certitudine constat ipsi scientiae ab utroq; autem istorum deficit actus fidei, cui non est praeferens obiectum, nisi per autoritatem dicentes, de cuius veritate non confitetur evidenter credenti, & sic talis imperfectio semper concomitatur actu qui est solius fidei: dico autem solum fidei, quia medium cui fides innititur potest concurrere cum medio faciente scire, vel cum praesentia obiecti, & tunc causatur unus actus ex tribus mediis simul concurrentibus, qui actus non habet illam imperfectiōnem quam haber actu, qui est ex sola fide: & hoc sufficienter declaratum fuit in principio primi libri.

5. Si autem imperfectio dicat gradum minoris perfectionis, sic imperfectio est de essentia omnis illius actus in quo reperitur, quia magis & minus perfectum attendunt secundum ipsam essentia formam, sive in eadem specie sive in diversis speciebus, et probabili fuit in lib. i. dist. 17. qu. 7. & ideo tam in actu fidei qui est imperfectus respectu visionis beatitatis, imperfectio est de essentia virtutis, nec potest tolli, talis imperfectio, quia tollatur essentia actus, sed disferenter, quia si perfectio & imperfectio sunt in eadem specie, sicut magis & minus album, si aliquid fiat de minus albo magis albo, non dicunt tolli albedo, sed perfici, quia species albedinis manet, & eadem albedo sed perfici, quia species albedinis manet, & eadem albedo secundum numerum non identitate indissubtilitas, sed continuitas si in oris intensioris albedinis fuit continua, & tamen secundum veritatem illa pars albedinis, quia fuit imperfecta deficit esse, sicut eius imperfectio, quia sunt penitus idem, ut probatum fuit in lib. i. dist. 17. qu. 7. Et hoc modo charitas & actus eius dicuntur perfici in patria, & non evacuari, quia manebit eadem specie, & actus eius similiter, sed perfectio, non tamen erit idem actus numero in patria, qui fuit in via, nec idem habitus numero, qui fuit in via i.e. efficaciam intensior in patria: idem dico de identitate indissubtilitatis: & quod dictum est de charitate, intelligendum est de scientia huius acquisitione & actu eius quantum ad eisdem habitus & actus, sed quantum ad modum extrinsecum evacuabitur quod anima salem separata non intellegit per conversionem adphantasmata sicut modum, & ideo dicunt destrui quantum ad eadem modum, & non quantum ad habitum vel actu, sicut exponunt doctores.

6. Quando autem perfectio & imperfectio sunt diversarum specierum, nec sunt simili, tunc adveniente perfectione cessat imperfectio, & evacuatur totaliter, & sic erit de actu fidei & visionis, quia non sunt eiusdem rationis, nec actus fidei stabit in patria cum visione, non propter oppositionem quam habeat ad unicum, sed quia medium fidei non stabit in patria sub ratione medi propter causam superioris assignatam: patet ergo quod imperfectio qualiterunque accipiat, sive priuatione sive affirmatiōne & qualiter est vel non est de essentia actus fidei, & cuiusque alterius actus.

7. A primū argu. dicendum quod enigma potest importare imperfectiōnē cognitionis priuationē, & sic non est de intrinsecā ratione actus fidei, sed est concomitans conditio. Alter modo potest importare gradum minoris perfectionis, & sic est de essentia actus fidei. Per hunc patet ad secundum, solum enim probat qd imperfectio prout dicit gradum minoris perfectionis, est de essentia actus fidei, si cut de essentia motus, & non prout dicit priuationē: quodam etiam imperfectio est de essentia motus, que non est

**Quæstio VI.**

270  
de essentia actus fidei quia motus est actus successivus, & semper restat de eo aliqua pars acquirēda. Actus fidei est totus simul, & tamen comparatur ambulationi, quia solum competit viatoribus, & non comprehensoribus.

8. Ad argumentum alterius partis dicendum quod perfectio & imperfectio consimiliter se habent ad actū scientiae, sicut ad actū fidei, quārum ad hoc quod sicut intrinsecē de essentia actuū, vel non, quārum imperfectio seu minor perfectio sit in actu fidei quārum scientiae: de spe autem remaneat in patria quantum ad habitū vel actuū dictum fuit supra distin. 26. quæst. 3. & ideo non oportet hic replicare.

**Quæstio SEXTA.**

Vtrum charitas evacuetur in patria.

Theol. 1. 2. q. 67. art. 6.

D Einde quæritur, vtrum charitas evacuetur in patria. Et arguitur quod sic, quia charitas principaliter datur propter meritum, sed in patria non erit tempus merendi, sed solum recipiendi præmium pro præcedentibus meritis, ergo ibi non erit charitas.

9. Item per charitatem tenemur inimicos diligere vt paret ex præcedentibus, sed beati non diligunt inimicos, igitur &c. Minor probatur, quia inimici beatorum non sunt nisi demones vel homines damnati, sed ad istos non est charitas, igitur &c.

10. Item per charitatem plus diligimus bonos propinquos quam extraneos meliores, sed beati plus diligunt extraneos meliores quam propinquos bonos, ergo in eis non est charitas. Minor probatur, quia voluntas beatorum conformatur voluntati diuina, sed Deus plus diligit meliores, ergo beati similiter.

11. IN contrarium est quod dicitur. Cor. 13. charitas nunquam excedit. Et exponitur quod fides & spes evacuantur in patria, non autem charitas.

12. R E S P O N S I O. dicendum est simpliciter quod charitas manet in beatis quantum ad habitum, & quantum ad actuū. Quod patet quia per habitum charitas est homo Deo formaliter charus, sed constat qd beati sunt Deo cariores quam viatores, ergo in eis est charitas quantum ad habitum. Item charitas & gratia sunt idem aut se invicem in separabiliter concomitantur, sed in beatis remaneat gratia, ergo & charitas. Minor probatur, quia in Christo qui secundum superiorē partem anima fuit beatus, fuit gratia ut patuit supra, di. 13. qu. 1. & Ioan. 1. dicitur vidimus eum plenum gratiae & veritatis, ergo ita est in aliis. Quod etiam charitas sit in beatis quantum ad actuū patet, ipsa enim perfectit ad diligendā Deum & proximum, sed talis dilectio perfectio est in beatis qua in viatoribus. nam modus diligendi Deum ex toto corde, &c. non impletur simpliciter & perfectè nisi in patria, ut dictum fuit supra. Dilectionē etiam proximi charitatem oritur ex dilectione Dei, quare &c. Ratio autem prædictorū est, quia cum secundū Boethii beatitudine sit status omnium bonorum aggregatione perfectus quicquid perfectio est in viatoribus totum remaneat in beatis nisi succedat maior perfectio incompensabilis. Charitas autem & actus eius maxime pertinet ad perfectionem viatorum: immo secundum Apostolum charitas est medium perfectionis, ergo ipsa & actus eius maxime in beatis, cum eis non succedat aliqua perfectio incompossibilis, status enim beatitudinis præcipue consistit in visione Dei immediate & per essentiam præsentis ipsi visiōni, præfertia autem relativa amorem non minuit, sed potius augeret, & ideo charitas & amor charitatis quod principaliter est ad Deum, non evanescunt in patria, nec minuantur, sed potius augmentur & perficiuntur.

13. A primū argu. in oppositum dicendum quod perfectio charitas datur principaliter ad hoc ut opera nostra sine Deo grata & accepta, sed in viatoribus cum sint in statu merendi acceptantur, ut quadam Dei munera preciosa, beati etiam licet non sint in statu merendi sibi præmium essentiale quod iam obtinent, merentur tamen nobis angelis quidam orando & ministrando, fandi vero orando & hoc faciendo accrescit eis aliquod gaudium quasi quodam præmium accidentale.

14. Ad secundum argumētum dicendum quod beati diligunt inimicos sicut nos, nam damnatos tam homines quam

### Magistri Durandi de

quam angelos non diligunt ex charitate, quia non sunt capaces beatitudinis super cuius participatione fundatur dilectio charitatis, prater hos sunt tamen aliqui viatores qui sanctos oderunt viuos & oderunt defunctos, quibus realiter sint beati & istos inimicos beati ex charitate diligunt optando eis conversionem ad Deum salua Dei iustitia cui principaliter inherent.

8. Ad tertium dicendum quod in patria remanebit ordo dilectionis charitatis quae est via, qualis autem sit ille dictum fuit supra in fine dist. 29. nec in hoc erit voluntas beatorum disformis a voluntate divina, immo conformis, quia plus diligit beati eos qui magis secum comunicant vel communicare possunt quam eos qui minus, sicut & ipse Deus magis diligit eos qui secum magis comunicant, gradus etiam dilectionis hic varie attendit secundum bona voluntaria & secundum intentionem actus volendi.

### QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum scientia evacuetur in patria.

*Tho. 1.2. q. 67. ar. 2.*  
**P**oste quæritur, vtrum scientia evacuetur in patria. Et videtur quod sic, quia. i. Cor. 11. dicitur, siue scientia destruetur, sed destrucción scientia est cius evacatio, igitur, &c.

2. Item in patria nihil erit superfluum, sed cognitio rerum in verbo erit in beatis sufficientissima, ergo omnia alia superfluerent, quod est inconveniens.

3. IN contrarium est, quia in Christo præter scientiam beatam fuit alia scientia: ergo similiter in beatis præter cognitionem rerum in verbo potest esse scientia, quam hic de rebus acquisierunt.

4. Et iterum, in beatis angelis ponitur cognitio duplex scilicet marutina & vespertina, hoc est rerum in verbo & in proprio genere: ergo similiter ponenda est duplex scientia in hominibus beatis. Hoc autem non est, nisi scientia hic acquisita maneret, ergo &c.

5. R E S P O N S I O. Quamvis sit valde difficile vide quomodo duo actus intelligendi simul possint esse in eodem intellectu, & maximè respectu eiusdem obiecti, tamen doctores tenent communiter quod scientia huius acquisita manebit in beatis, non solum quantum ad habitum, sed etiam quantum ad actum, exclusa tamen imperfectione qua pro statu via inuenientur in actu scientiae acquisita, & persuadent hoc tali ratione, gloria non tollit perfectionem naturæ, sed scientia non solum ad habitum, sed etiam quantum ad actum pertinet ad perfectionem naturæ, immo summa perfectio naturæ humanae, quam ex naturalibus potest acquirere ponitur in actu sciendi, ergo gloria non tollit scientiam quantum ad habitum, neq; quantum ad actum, sed solum quantum ad modum imperfectionis quam habet in statu presenti, & quamvis ad hanc rationem posset dici quod gloria non tollit perfectionem naturæ, nisi dando maiorem perfectionem primam eminentius continentem, qualiter cognitio beata continet omnem cognitionem naturalem, tamen in supradicta ratione sicut doctores, que non potest valere nisi ponenda quod visus beata sit alterius generis proximi, quam quae, cumque alia cognitio ipsi compositib; hoc enim modo potest cum visione beata stare alia cognitio, nec appetat ad praesens aliud modum.

6. AD primum argumentum dicendum quod illud. i. Cor. 13. scientia destruetur, est intelligendum quo ad necessitatem, vel quo ad modum imperfectum, qui nunc est in actu scientiae, non autem quantum ad substantiam habitus vel actus.

7. Ad secundum dicendum quod scientia huius acquisita non superfluit in patria, quam sit perfectio naturæ, & pertinet ad alium modum cognoscendi.

Sententia huius distinctionis. XXXII.  
in generali & speciali.

**P**raedictis adiiciendum. Superioris Magister egit de dilectione increata, qua deum diligimus. Hic agit de dilectione increata qua Deus diligat nos. Et dividitur in tres. Quia primo agit de dilectione Dei respectu omnium creaturem generaliter. Secundum respectu omnium specialiter ibi, consideratur. Tertiò specialius respectu repro-

### Sancto Porciano

borum ibi de reprobis. Prima in duas. Primo ostendit quod dilectionis ad diuersos inæqualitatem. Secundo assignat inæqualitatis rationem ibi, quam autem. Secunda principis dividitur, quia primo ostendit qualiter Deus incipit aliquem hominem de novo diligere. Secundo inquit an eundem hominem diligat eodem tempore plus quam alio ibi, si vero queritur. Hæc est sententia & divisione lectionis in generali.

2. IN speciali sic procedit. Et dicit quod eadem est dilectionis, quae Deus diligit nos, & quae nos diligimus Deum: de qua aduertendum est quod Magister in hoc non tenetur, sicut patuit. i. li. dist. 17. Tunc dicit quod licet dilectio Dei sit immutabilis, tamen Deus dicitur diligere unum plusquam alium, quod probat per Aug. super Ioan. qui dicit quod Deus diligit omnia quae fecit, & sic diligit omne creaturam, sed magis membra Christi vniuersitati sui, sed amplius ipsum Christum. Tunc dicit quod dilectio Dei licet sit immutabilis & æternæ, tamen Deus unum plus diligit quam alium, sine mutatione suæ dilectionis quantum ad eius essentiam, per quam diligit omnia etiam ab æternis, sed mutatio est per effectum, vel donorum quæ tribuit vel præcepit illis quos diligit. Vnde dicitur illos magis diligere quibus tribuit, vel præparat maiora bona, quam illos quibus tribuit vel præparat minoria bona: dilectio ergo Dei considerata secundum essentiam non dicitur secundum magis & minus, sed solum secundum efficientiam. Similiter deus dicitur diligere unum & eundem hominem uno tempore plusquam alio, inquit, ut confert illi maiora bona uno tempore, & in alio. Vtimum quæritur vtrum Deus diligit reprobos, quos præciuit damnandos. Et respodet quod simpliciter & absolute dicitur deus diligere electos, non autem reprobos nisi cum determinatione, inquit, ut confert eis aliqua bona temporalia vel gratuata ad temporis. Et in hoc terminatur sententia lectionis, &c.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Deus æqualiter omnia diligit.  
*Tho. 2.2. q. 62. ar. 12. ad. 3. & q. 30. ar. 2. ad. 1.*

**C**irca distinctionem istam queritur primo vnum tantum, vtrum scilicet Deus equaliter omnia diligit. Et videtur quod sic, quia ille diligit æqualiter omnia illa de quibus est sibi æqualiter cura, sed Deo est æqualiter cura de omnibus. Sap. 5. ergo Deus æqualiter omnia diligit.

2. Item dilectio sequitur cognitionem, sed Deus æqualiter omnia cognoscit, ergo æqualiter omnia diligit.

3. IN contrarium est, quia maius bonum est magis diligendum, sed in rebus creatris est dare magis & minus bonum, ergo in rebus creatris est dare aliqua quæ Deus magis diligit, & aliqua quæ minus.

4. R E S P O N S I O. Videtur sunt tria. Primum est, an Deus diligit creaturem. Secundum est, an diligit omnem. Tertium est, an æqualiter.

5. Q U A N T U M ad primum sciendum est quod Deus creaturem diligit. Cuius ratio est, quia vbi cunctæ est bonitas bene ordinata ad apprehensionem boni sequitur eius dilectio, sed in Deo est bonitas optimè ordinata, ergo quum Deus apprehendat non solum bonum, sed etiam creatrum, pater quod Deus diligit non solum se, sed & alia a se, scilicet creaturem.

6. Q U A N T U M ad secundum aduertendum est quod duplex est dilectio, una qua quis diligit alia volendo ei bonum aequaliter sibi ipsi, & hæc est dilectio amicitie. Alia est dilectio, quia quis vult bonum alteri, qualemcum bonum illud sit. Et hæc duplex dilectio non est distincta a Deo secundum se, sed secundum rationem. Prima ergo dilectio deus non diligit omnem creaturem, sed tantum intellectuale. Cuius ratio est, quia Deus non vult creature aliquod boni, nisi illud tantum, cuius ipsa est capax, sed sola creature in intellectu est capax boni diuinum, scilicet beatitudinis: ergo deus non diligit omnem creaturem dilectione amicitie, sed solum intellectuale, nec omnem talem sic diligit, nisi dilectione pertinente ad voluntatem antecedentem qua vult omnes homines saluos fieri, ut expositum fuit in. lib. di. 47. qu. 3. dilectione autem pertinente ad voluntatem consequentem diligit solum prædestinatos & electos. Sive